



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Sabinvs Ep. 17. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

culos, blanditias; clusit. Inclusit carceri; thoro illa hunc prætulit. Tandem Eleius, ille nuper sponsus, fit sponste judec. Mox in carnificem abit. Cædit verberibus, quod nuper laudabat corpus. Suspedit, quibus nup. r captum se fatebatur, capillis. Vrit ferro ardores suos, artus castissimos. Et has demum illa blanditias in sponso laudavit. Interca boni Angeli vultum induitus malus, satis ait virtutē datum esse. Dissimularet posthac pietatem. Superis cordi cor fore, quod per vium utique illis esset. At IULIANA, fraude inter preces cognita, vincula sua exuit, & consiliario pessimo induit. Vincto verbera etiam addit. Tunc sub virginis manu genuit orcus, & malum Angelum bonus risit. Porro martyr flamas ad quas damnata erat, lacrimis extinxit, lebetem ab igne ferventem precibus rupit, denique prius quam manum judici proco daret, caput dedit. Mox tamen etiam poenas hic. Undis enim haustus, & in littus ejectus in cibum canibus cessit, dignum nactus tyranno sepulchrum. Ex Metaphr.

Demonum est, malas cogitationes suggerere; nosfrum est, illicē eas expellere. Voluntate suā cadit, qui cadit: & voluntate Dei stat, quistat. Cogitatio tamen immunda mentem non inquinat. cūm pulsat, nisi cūm hanc sibi per delectationem subjugat. S. Bern. de Int. Dom.

S. S A B I N V S E P . 17. Februarij.

Quis fidem habeat? Plura Pont. SABINVS videt, cūm oculos senex amisit, quām prius cūm utrumque circumulit. Certè, quæ nulli oculo pervia sunt, arcana animorū & longè absentia, perspexisse memorant. Et ecce adest hoc ipsum feliciter experturus Totila. invitatus ad coenam frugalem

frugalem assidet, principē tamen locum Episcopo Rex cedit. Paulò pōst miscet puer vinum, & SABINO porrigit. Hic Totila prehensum clam manu poculum regiā manu ministrat, nec tamen fallit oculatissimum cæcum. Capit hic & doctam fraudem beneficio ingenti pensaturus inter risum *Vivat, ait hac manus,* Præmium igitur nobilis poci-lator tulit, sed malum alter maximum, qui auctor esse puero non dubitavit, ut merum veneno tem-peraret. Erat hic SABINO in sacris Diaconus & longævo seni insulam invidebat, suam (ut ipse quidem putabat) hæreditatem, sed contrà factum. Hoc enim etiam prævidens SABINVS egregium Ganymedem prælibare jubet. deprehensus ille, & mortem longam, quam meruisse se viderat, alterà morte, sed brevi præoccupaturus impigrè ori poculum admouet. Sed rapit & manu Episcopus, & i potius in quit, & Diacono nuntia venenum me bibere, cæterū Episcopum illum minimè futu-rum. Simul cruce ducta poculum siccatur. Non SABINVM, sed Diaconū bibisse dixisses. Valuit enim hic, ille occidit. Sanitatē vulgo alienam se bibe-re ajunt, Id verum an sit, nescio. Alienam certè SABINVS mortem babit. Ex Dial. S. Greg. l. 3. c. 5.

Semper Diabolis nostris saturatur ex cupis: Ille cibum nostrum deducit in crapulam, potum nostrum in ebrietatem diffundit, ut mentem faciat amen-tem, carnem luteam reddat, corpus animi domiciliem, animæ vas, murum spiritus, virtutum scho-dam. Dei templum in scenam criminum, in vicio-rum pompam, in voluptatum redigat theatrum. S. Pet. Chrys. serm. 12.

S. HEL-